

4
Pigeon
Pigeon

SXVIII
8,825

WOODBRIDGE

Índice de los Papeles, & contiene este tomo.

Nota.

Aviendose reparado de este tomo algunos papeles, y substituidos otros en su lugar, los encuadernó el Sibriero enadant. al fin, por lo q el num. de los folios quedó invertido desde el principio, los retiró por menor inconveniente dexarlos, q no tomar el prolijo trabajo de foliarlo de nuevo, multiplicando por unos. á cada num. q se quitaba.

01. Indulgencias concedidas á los Capponos de Alemania, España, y Francia no obstante la general suspension del año de 1725. fol. 083
02. Bula de Benedicto 14 prohibiendo á los Capponos los recursos fuera de la Orden, y admitir Pulpitos sin licencia de sus Superiores. 084.
03. Locucion de Benedicto 14 al Capitulo General Dominicano de 1754. 087.
04. Carta circular del General Dominicano sobre el martirio de varios Religiosos de su Orden en el Imperio de la China. 089.
05. Locucion de Benedicto 14. en Consistorio año de 1748 al mismo asunto. . 091.
06. Carta de la Sta Iglesia de Granada al Pontifice vindicando varias calumnias contra las Iglesias de España con ocasion de los errores de Jansenio. . 097.
07. Carta del Obispo de Mondonido al Confesor del Rey para q solicite la concordia entre las dos Cortes de España, y Roma. 099.
08. Cartas de el mismo Illmo al Obispo de Malaga, Governador del Consejo, y al de Segovia Confesor de la Reyna al mismo asunto. 101.
09. Carta del Pontifice á los Obispos de España reprobando el crecido estipendio por las dimisionias para Ordenes, y licencias de Confesar. . . . 102.
10. Decreto de Benedicto 14. en la Causa de Beatificacion del Ven. Siervo de Dios Fran.º de Genonimo Jesuita en 2 de Mayo de 1758. 106.
11. Carta del Obispo Nemausense en Francia al Arzobispo de Santiago

- sobre la recepción en España de la Constitución Unigenitus, año de 1717. 107.
12. Carta del Illmo Sor. Dn. Martin Ascangota, Arzobispo de Granada, q. dio cuenta á su Cavildo en 2 de Abril de 1707. estando para morir. 111.
13. Constitución de Benedicto 13, confirmando la de Inocencio 13 sobre la disciplina Eclesiástica de España año de 1726. 113.
14. Decreto en la causa del Ven. Servo de Dios Dn. Juan de Palafox, con aprobación de todas sus obras por la Santa Congreg. de Ritos año de 1760. 124.
15. Real Decreto en 2 de Junio de 1757. para la cobranza de la limosna de la Bula de la Sta Cruzada. 128.
16. Carta Real al Asistente de Sevilla, para q. salga á su vista con el Cavildo la Bula sobredicha año de 1757. 130.
17. Instrucción del Illmo Sor. Comisario de la Sta Cruzada sobre la forma de publicar dicha Bula. 131.
18. Carta circular del Vicario General Sede vacante de la Sta Iglesia de Sevilla para reforma de varios abusos con ocasión del Fraternizo del 8 de 1755. 136.
19. Memorial al Rey por la Sta Iglesia de Sevilla sobre diezmos para Fabricas de las Iglesias. 139.
20. Carta de un Caballero de Paris á un Amigo suyo en Sevilla sobre el castigo executado en el Agnosc. q. hizo al Rey de Francia año de 1757. 143.
21. Constitución de Inocencio 13 para disciplina Eclesiástica de España. 145.
22. Breve de Benedicto 13 á los Religiosos Dominicos contra las calumnias intentadas á la doctrina de S. Agustín, y Sto. Thomas. 162.
23. Sentencia del Pontifice Clemente 12. en la causa del Cardinal Coscia. 163.
24. Decreto de Benedicto 14 sobre q. no se innove en el culto del Ven. Martin Marcos Criado. 171.
25. Executoriales de la Sacra Rota á favor de los PP. Juan Cos. Descalzos sobre preceder á los PP. Agustinos. 172.
26. Instrucción para informaciones, y executarios para Ordenes por el Sor. Arzobispo de Sevilla Dn. Luis Salzedo. 180.

27. Privilegios concedidos á los Confesores por el Obispo de Pamplona en la suspen-
sion de la Bula de la Sta Cruzada año de 1720 182
28. Mandato á los Cunas del Arzobispado de Sevilla para q enuñen la Doctrina. 183
29. Caxta de cuenta de Frutos año de 1721 en el distrito de la Chancilleria de
Valladolid de orden del Arzobispo de Santiago D.ⁿ Luis Salzedo 187.
30. Memorial del Prov.^t de Trinitarios Calzados al Arzobispo de Sevilla so-
bre un Decreto de varias prohibiciones á los Religiosos con motivo de un Pleito . . . 193.
31. Caxta del Pontifice Clemente 12. al Rey de España. conced.^{do} el Subsidio. 197
32. Caxta del mismo Rey al Arzobispo de Granada sobre un donativo pa-
ra el sitio de Barcelona 201.
33. Provision Real para q la Junta de granos embie Ministros á baxen re-
gistros de Graneros en el Reyno de Sevilla año de 1734 202.
34. Real Decreto sobre reconocim.^{to} de tierras Valdias año de 1738 204.
35. Caxta-Orden al Arzobispo de Sevilla sobre la conexcion de abusos
de los Recaudadores de Rentas año de 1735 207.
36. Real Pragmatica para q corra una nueva Moneda de cobre d. del 1741 209.
37. Memorial al Rey por la Junta de Granos de Sevilla, para q se provea
á la necesidad del Reyno año de 1737 215.
38. Memorial al Rey por un Canonigo de Baza, bpo del Embaxador
de Dinamarca sobre concesiion de alguna competente Renta Eclesiastica
para mantener á una Hermana, y Sobrina, q querian viniendose á Es-
paña abjuran los errores de Lutero 217.
39. Caxta á un Secretario Real sobre el pensuicio hecho á la Sta Sede
con motivo del Real Patronato en la prov.ⁿ de Beneficios d. del 1736 219.
40. Respuesta de la Religion de S.ⁿ Bonito á una Caxta Real sobre de-
recho de Patronato, y Prov.ⁿ de Abadias, Prioratos &c. d. del 1735 225.
41. Cedula Real sobre pena de Prudicio á los Contravand.^{os} d. del 1748 234.

42. Provisiones Reales sobre las facultades del Superintendente de Correos, y sobre prohibicion de Juego de embute. 236, y 40
43. Instrucción, y auto de la Inquisicion General sobre el modo de examinar, y aprobar libros año de 1756. 242.
44. Real prohibición de Victorias, y Fiestas de Fijos. 248.
45. Varias Provisiones del Asistente de Sevilla para la execucion de Ordenes Reales sobre contribuciones; economia en el Posito, y justificacion de Reales deudas para su satisfaccion. 249, hasta 266.
46. Edictos, y Provisiones del Marqués de Monte-real, Asistente de Sevilla para su limpieza, reparos, restauracion de Comercio &c. 267 hasta 295.
47. Reglam.^{to} Real para el Gobierno del nuevo Colegio de Cirujia de la Ciudad de Barcelona año de mil, setecientos, y sesenta. 296.
48. Declaracion de la Guerra contra la Inglaterra año de 1760. 301.
49. Decreto del Consejo de Castilla, levantando la prohibicion de algunas obras del Ven.^{do} P.ero de D.^o D.ⁿ Juan de Palafox. año de 1761. 303.
50. Real Decreto en 11 de Septiembre de 1764 para q^e todos los Regulares, q^e estuvieren en haciendas en Pueblos donde no hai Com.^{tas} seran tenidos a claus.^a 305.
51. Carta del Ayuntamiento de la Ciudad de Sevilla para promover el culto publico de D.ⁿ Miguel Mañana, Fundador del Hospital de la Chanidad. 307.
52. Carta con los aprecio del Bulario Romano, y obras de los S.^{tos} P.^{as}. 309.
53. Auto de Buen Gobierno del Excmo. Sr. D.ⁿ Josef de Sentmanat, Governador de Cadiz en 21 de Abril de 1761. 311.
54. Defensa, y legal informe de D.ⁿ Iridno Mino en pleito contra el Real Seminario de S.ⁿ Felmo de la Ciudad de Sevilla. 315.
55. Reglam.^{to} y Ordenanza de las Soldadas de la Tripulacion de los Navios Marchantes, q^e navegan a la America año de 1745. 369.
56. Cedula Real, y recopilacion de Leyes contra los q^e pasan a Ind.^{ias} sin licencia. 382.
57. Provision del Virrey de Mexico con varias providen.^{as} para el prompto despacho de la Flota, y su Fonia en Dalapa año de 1757. 396.
58. Real promocion de Oficiales de Marina. Auto en la Ciudad de Sevilla para eleccion de Sindico Personero, y Diputados del Comun. Noticias del Colegio Irlandes de Sevilla sobre su apreciable Instituto, y actual pobreza. 401. 3. 5.

3/
TS1

INDULGENTIA PLENARIA
IN OMNIBUS RE SINON DE POCISSIS ORDINE
Fratrum Missionum & Fratrum Capuchinorum Provincia
Cameracensis, in Episcopatu
Benevento

Dela Sibrenia delos Capinos

de S.ⁿ Lucas

31.
L. S.
N. 151. 156

ol

... el ... de ...
... el ... de ...
... el ... de ...

... el ... de ...
... el ... de ...

... el ... de ...
... el ... de ...

... el ... de ...
... el ... de ...

... el ... de ...
... el ... de ...

... el ... de ...
... el ... de ...

... el ... de ...
... el ... de ...

... el ... de ...
... el ... de ...

87.

✠

2

SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI
BENEDICTI PAPÆ XIV.

A L L O C U T I O

Habita in Comitibus Generalibus Fratrum Or-
dinis Prædicatorum, in Conventu Sanctæ
Mariæ super Minervam, celebratis V.
Nonas Julii MDCCLVI.



AGNA res agitur in hoc Conventu vestro, Di-
lecti Filii, cui hodiernâ die præsidemus, nec mo-
do pro Familiæ vestræ rationibus gravissima, sed
etiam pro totius Ecclesiæ statu non leve pondus
habitura: cui perficiendæ incredibili cum gaudio
Nos interesse profitemur, ut omnibus manifes-
tum faciamus gratum, memoremque animum nos-
trum ergâ Ordinem vestrum, quem summo ip-
sius merito jam dudum, & amamus & colimus.

Verum, quanta sit agenda rei magnitudo, silentio prætermitte-
mus; cum nemo Vestrum ignoret, cujus momenti sit, Magistrum
Generalem Ordinis vestri deligere, cui semel delatum regimen, per-
petuum, dum vixerit, futurum erit; cumque unusquisque ex eo
splendoris loco, quem Dominicana Familia in Ecclesia Christi ob-
tinet, facile intelligat, illius Rectoris electionem, non ad solam ejus-
dem Familiæ utilitatem, & administrationem referri, sed etiam ad
universam Christianam Rempublicam ratione aliquâ pertinere. Ita-
quæ sermonem nostrum redigemus ad ea, quæ Nos Ordini vestro
debere cognoscimus, quæque Nos ita jam pridem affecerunt, ut
eundem & amare, & colere semper professi simus, & adhuc pro-
fiteamur; eaque de causâ præsentem diem felicissimum Nobis existi-
memus, & inter paucos illos adnumerandum, quos sexdecim hisce
calamitosi Pontificatus nostri annis cum aliquâ animi voluptate tran-
segitis.

Et sanè, post absoluta leviorum Artium studia, cum Sacræ
Theologiæ operam dederimus, non magnos in ea progressus Nos
quidem fecisse intelligimus; sed, si quid profecimus, id omne ac-
ceptum referre debemus bonæ memoriæ Cardinali Thomæ Ferrario,
clarissimo Ordinis vestri Theologo, qui rectam Nobis nobilissimæ
disciplinæ viam aperuit, suaque institutione, atque operâ ad inceptum
iter persequendum adjuvit, immò, cum Palatii Apostolici Ma-
gisterio fungeretur, Theologicæ Laureæ honorem ipse Nobis detulit,
eaque occasione monumentum scripto exaratum reliquit, quo de
propensâ nostrâ ergâ sanctiores disciplinas voluntate honorificè tes-
tabatur, majoraque à Nobis expectari posse, declarabat, si, quemad-
modum animati tunc videbamus, in instituto curriculo persisteremus.

Amplam

Amplam hanc Aulam, in quâ nunc confidemus, Nos ipsi à fundamentis excitari olim vidimus, mox omnigenâ literariâ suppellectile ornari, ita ut inter insigniores universi Orbis Bibliothecas merito accenseatur; eandemque postquam studiolorum commodo patet fieri conspeximus, cum primis adire certavimus, & frequentare nunquam destitimus, donec impositæ Nobis alterius generis curæ Nos aliò avocarunt.

Longiori aurem vitæ nostræ cursu, quem, paucis detractis annis, in Urbe egimus, nemo ex Sodalibus vestris fuit vel dignitate, vel sapientiâ, & doctrinâ excellens (fuerunt autem excellentes permulti) qui nos omni officiorum genere, & præcipuâ quâdam amicitiae necessitudine complexus non fuerit. Sed reliqua multa omittentes, hoc unum commemorabimus, sublimem Cardinalatûs Dignitatem, quam immerentes adepti fuimus, eximia erga Nos liberalitati sanctæ memoriæ Benedicti XIII. Pontificis Maximi, & Ordinis vestri olim Alumni, unicè à Nobis deberi.

Regressi deindè Bononiam, Patriam nostram, vigentem in eâ invenimus memoriam rerum à Sancto Dominico Patriarchâ vestro in eâ gestarum; tum scilicèt insignium Peccatorum, qui assiduis illius concionibus permoti, à semita iniquitatis ad viam salutis revocati fuerunt; (1) tum Virorum doctrinâ, & sanctitate illustrium, qui in ea Urbe sodalitati vestræ nomen dederunt; (2) tum etiam Generalium Comitiorum, quæ prima omnium Ordinis vestri ibidem habita fuerunt, in quibus ipsius Ordinis Præfectura eidem Sancto Dominico Fundatori communibus suffragiis delata fuit; (3) denique cives nostros cum incredibili animi nostri lætitiâ perpetuò vidimus obsequiis, & votis celebrare sepulchrum Patriarchæ vestri, qui Bononiæ ex hac vitâ decedens, (4) pretiosum ei Civitati reliquit Corporis sui thesaurum, quod quidem augusto Mausoleo conditum ibidem summâ cum religione asservatur. In ipsa verò administratione Archiepiscopalis officii, quod ibi pluribus annis gessimus, oculos sæpè convertimus ad præclara gesta Jacobi Boncambii, qui ex Ordine vestro ad Bononiensem Ecclesiam regendam assumptus, tantâ, in verbi Dei prædicatione, famæ celebritate floruit, ut finitimarum Civitatum populi, quemadmodum historiæ nostræ testantur, (5) ad illum audiendum, percipiendamque ex illius ore salutis scientiam, certatim confluerint.

Postquam verò, nihil tale promeriti, ad supremum Pontificatûs apicem

(1) Flaminus in *Vita S. Dominici* lib. 2. fol. 47. & tom. 1. *Annalium Ordinis Prædicatorum* ad annum 1219. num. 37.

(2) Fr. Jordanus in *Vita S. Dominici* n. 35. Flaminus *loc. cit.* Maluenda in *Annalib. Sacri Ordinis Prædicatorum* ad annum 1219. atque eod. tom. 1. *Annal. Ordin. Prædic.* *loc. citato.*

(3) *Die xvii. Maii MCCXX.* *cit. tom. 1. Annal. Ordin. Prædicat.* ad ann. 1220. num. 39.

(4) *Die vi. Augusti MCCXXI.* *cit. tom. 1. Annal. Ord. Prædicat.* ad ann. 1221. num. 25. in fine.

(5) Sigonius lib. 2. de *Episcopis Bononiensibus* ad ann. 1244.

apicem devenimus, propensa nostra erga Dominicanam Familiam amoris, & cultus affectio, supra quam dici potest, exerevi. Apostolicam enim Beati Petri Cathedram trophæis suis exornant tredecim ex Alumnis vestris, qui á Romanis Pontificibus, post accuratissimum rerum omnium examen, in Sanctorum numerum relati fuerunt, inter quos Sanctus Pius V. Prædecessor noster, pro cuius Canonizatione, dum in minoribus constituti, Advocati Consistorialis munere fungeremur, operam, laboresque nostros impendisse, gloriamur; & Sancta Catharina de Riccis, quam Nosmetipsi Sanctarum Virginium catalogo adscripsimus. (1) Prætereà novemdecim è vestris Sodalibus, ejusdem Apostolicæ Sedis Decreto, in Beatorum numerum ritè cooptatos invenimus: ex his verò decem, vel Nobis, dum Promotoris Fidei munus sustineremus, studia nostra conferentibus, vel Nobis ipsis è Pontificio Throno decernentibus, is honor delatus fuit. Hunc ipsum Apostolicum Thronum quatuor ex Ordine vestro Pontifices ante Nos tenuerunt; videlicèt, Innocentius V. quem Sanctus Antoninus insigni laudis præconio commendavit, (2) Benedictus XI. ex Beatorum, quos innuimus, & Pius V. ex Sanctorum, de quibus diximus, numero, ac demùm Benedictus XIII. cujus virtutùm, & rectè factorum testes Nos ipsi fuimus. Quod si fortè reliqua Familiæ vestræ ornamenta, & in Ecclesiam Catholicam promerita ex animo nostro excidere vnquam potuissent, hoc tamen profiteamur, nullo vnquam tempore evenire potuisse, ut è memoria nostrâ dilaberetur Theologorum Princeps, Scholarum Angelus, Ecclesiæ Doctor, præclarum Ordinis vestri Sydus, Sanctus Thomas Aquinas, cujus Doctrinæ complures Romani Pontifices Prædecessores nostri perhonorifica dederunt testimonia; (3) quemadmodum etiam Nos ipsi in Libris, quos de variis argumentis conscripsimus, postquam Angelici Doctoris sententiam diligentè scrutando percipimus, atque suspeximus, admirabundi semper, atque lubentes eidem adhæsimus, atque subscripsimus; candidè profitentes, si quid boni in iisdem Libris reperitur, id minimè Nobis, sed tanto Præceptori totum esse adscribendum.

Haftenùs, Dilecti Filii, de hodierni operis, cui præfuturi sumus, gravitate, ac de Paternâ prorsùs benevolentia, & singulari existimatione, quâ Ordinem vestrum justissimas ob causas superiùs expressas, aliasque his facilè adjiciendas, prosequimur. Reliquum est, ut de ipsa rê, quam hic peracturi convenistis, id est, de electione Magistri Generalis ejusdem Ordinis vestri, aliqua attingamus. Verùm quid vnquam asserere poterimus, quod jam probè non tenetis, quodque vnusquisque Vestrùm ab Inclyto, quem proximè laudavimus, Præceptore Thomâ Aquinate non didicerit? Si dicemus, hujusmodi Magisterium ei deferendum esse, qui omnium optimus inter vos habeatur; Si dicemus, non eum esse omnium opti-

(1) Die xxix. Junii MDCCXLVI.

(2) 3. part. Chronic. tit. 20. cap. 3.

(3) Tom. 8. Bullarii Ordinis FF. Prædicator. in Tract. de Consensu Bullarum tit. 6. quæst. 2. per tot.

mum, qui solâ vitæ sanctimoniâ cæteris antecellat, sed qui, præter morûm probitatem, quæ quidem necessaria est, aliis quoquè virtutibus, atque animi dotibus, ad rectè regendam Familiam idoneis, instructus comperiatur: nihil porro dicemus, quod in Operibus Angelici Doctoris egregiè constabilitum, & à vobis jam pridem lectum, atque animadversum non fuerit. (1) Si dicemus, suffragia vestra, sepositis peculiaribus affectionibus, & propriæ utilitatis respectu, nil aliud intueri debere, quàm eorum virtutes, & merita, quorum electio vobis animo obversatur; nihil dicemus, quod non egregius Præceptor vester tradiderit. (2) Itaque nil aliud Nobis dicendum superest, nisi, ut id agatis, quod vos Præceptor ille vester agendum docuit, utque tales vos exhibeatis, quales, dùm alias electiones ab aliis celebrari audistis, eos se præstare oportere, dicebatis, qui in eis suffragium laturo erant. Quibus maximè rebus Ordo vester indigeat, vobis potissimum debet compertum esse. Quis huic sustinendo muneri idoneus, qui suprâ cæteros ad id aptus, & benè regendi capax videatur, cognoscere vos, arbitramur. Nè autem in errorem vos labi fortè contingat, supplices iterùm, vt antea vos sæpè fecisse putamus, ad Deum, Patrem luminum, preces effundite; ac patrocinium, & opem Sancti Dominici Patriarchæ vestri, aliorumque Sodalium vestrorum cum Christo regnantium, quique inter Beatos, vel Sanctos ab Ecclesia coluntur, vobis deposcite: dùm Nos interea, qui vestris hisce Comitibus non alio fine interfumus, quàm vt vestram in ferendis suffragiis libertatem salvam, & incolumem præstemus, novi Magistri Generalis electionem, à vobis jam jam perficiendam, Apostolicâ Benedictione nostrâ prosequimur, & in antecessum amantissimè complectimur.

(1) *S. Thomas quodlibeto 8. art. 6. & quodlibeto 4. art. 23. ad duodecimum, & quodlibeto 6. art. 9. & quodlibeto 4. art. 15. & 2. 2. quest. 63. art. 2. in corpore.*

(2) *Locis citatis.*

HISPALI:

Apud Doct. D. Hieronymum de Castilla, ipsiusmet Nobilissimæ, Fidelissimæque Civitatis Typographum Majorem.

L. DOMESTICO



1712
As. ms.

PAPERS

VARIOS

